Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum, Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione Excerptæ

Sargar, Elisaeus

Augustæ Vindelicorum, 1720

Cognatio Spiritualis. n. 379.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41194

Visual Library

quid tunc faciendum Confeſſario & Pœnitenti.

RESOLUTIO : Confeſſarius debet tales monere, ut abſtineant ab omni Matrimoniali uſu, non tantum à copula, ſed etiam ab omni alio actu impudico ſolutis illicito, cum revera ſoluti ſint. Imo inducendi ac cogendi ſunt, ut omni poſſibili modo vel prætextu ſeparentur: v.g. per fugam occultam, ingreſſum Religionis ſervatis ſervandis, aut divortij procuratione ſub aliquo titulo. Quod ſi nihil horum ſuccedat, & moraliter omnino impoſſibilis videatur ſeparatio ob graviſſima inde oriunda damna, ſcandala &c. promittant ſerio vel etiam jurent continentiam perfectè ſervaturos, atque ita permittantur cohabitare tanquam frater & ſoror. Ita *DDes communiter*; ſed prô quam periculoſum! atque talia ſolent eſſe regalia Confeſſariorum: quæ ipſis utique nemo invidebit.

CONFERENTIA. LXVIII.

379. Duo inter ſe contraxerunt in gradibus prohibitis, bona quidem fide, prætermiſſis denunciationibus: quæritur itaque, an pro his ſit impetrabilis diſpenſatio, R. *à Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 5.* decerni, ut, qui aut ſcienter contraxit intra gradus prohibitos, aut ignoranter quidem, ſed non præmiſſis denunciationibus, ſeparetur, & ſpe diſpenſationis careat.

CON-